



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

207 Statui capitularis neglectio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

fuis excidere beneficiis, propter causam in beneficiis vnitis modò memoratam; nisi sic extinctio decreta fuerit vt etiam permutationis causa nominatim & expressè compræhenderetur. immò si contra suum decretum seu statutum semel admiserint aliquem Capitulares vltra numerum constitutum, recessisse censentur à suo decreto, liberrimaque reddetur permutatio quibusuis. arg. cap. pro illorum. de præbendis. vbi Põrifex propterea supernumerariũ cogit admitti quòd Capitulares ipsimet numerum consuetum sponte sua superassent aliàs admissio quodam. qua de re plusculum Senensis quæst. 34. & quæst. 35. de statuto simul quærens iurato, & quidem per Episcopum vel etiam per ipsum Pontificem confirmato. nos ad reliqua tandem pergamus.

207
Statuti Cã-
pitularis ne-
glectio.

Ait Pont. *illos tamen qui secundum formam iuris*. Intelligit Pontifex permutationem canonicam quæ fit ordinario consentiente comprobanteque, secundum iura superioribus capitulis tradita.

208
Forma permuta-
tionis.

Ait Pont. *Sua beneficia*. Quid igitur est sentiendum de beneficiis nondum suis at speratis dumtaxat, vt expectantiũ præbendas primũ vacaturas, ecquid & eas rectè permutabũt expectantes hi? Non videtur; eo quòd in permutatione requiratur datio rei (non spei) pro re l. i. in fin. .n. de rer. permut. l. naturalis. in princ. vers. sin autem rem do. .n. de præscriptis verbis & in fact. act. l. vlt. .n. de condict. cau. dati cau. nõ sec. Accedit, quòd gratiæ tales expectatiuæ

209
Beneficia spẽ
rata vel ex-
pectata pos-
sintne permutari.

h ij fin